



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

Thomas <von Kempen>

Coloniae Agrippinae, 1682

IV. De lamentatione temporis & negligentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

Sed hæc bona quis mihi tribuet? orare & flere, sicut expedit? Unde mihi humilitas & tanta lacrymarum copia?

Utique apud te Domine, apud quem misericordia & copiosa redemptio. *Psal. 129.*

O Domine Deus dator omnis gratiæ, concede mihi digne flere etiam quantumcumque minima, & quæ latent, & quæ patent, omnia simul sine excusatione castigare. Hæc inter me & te masticata, gratiam mihi restituant amissam, & ad meliora præparent ac viciniora saluti.

CAP. IV. De lamentatione temporis & negligentia.

ORATIO
Perelegās
plorantis
miseriam
suam inter
tot

Imperfectum meum viderunt
oculi tui.

remoras
& peri-

Ah Domine Deus, quid unquam fiet de me, cum deficiam quotidie? Quomodo emendabo perfecte vitam meam? Quando melius fiet? Quando convalescā? Et quando omnia vincam? Dejectus sum in limo profundi. Putas

cuba con-
versionis
Psal. 38.

Gemitus
& suspi-
ria respi-
scere vo-
lentis.

390 SOLILOQUIUM

adhuc spes esse poterit resurgendi, emendandi, proficiendi, & perveniendi?

Non est mihi spes de me, & utinam firmior sit in te Desperatio mihi ingeritur valida, quia infirmitas mea grandescit ex longa vexatione: nec video finem doloris & iniquitatis. Et si dixerō, nunc incipiam, ecce tempus est conabor sicut poterō! statim adest peccatum præ foribus, & erigitur adversum me inimicus, & tenet me consuetudo mali tenaciter & invite.

Vide Domine dejectionem & conculcationem meam, & omnem quam patior calamitatem. Exaltetur dextera tua, & libera me ab his, qui me concluserunt quia cecidit timor eorum super me. Perit consilium à me, & fortitudo mea defecit. Brachium meum contractum est, & gladius meus salvare me non poterit.

Non video, ad quem divertā, & qui me recipiat & curet, non comparet. Tu solus mihi ad refugium remanisti: sed quia offendi, hoc est quod me deterret.

Sed non
valentis
ob vires
hostium.

Nisi Deus
succur-
rat.

a. Pet.

2. Peccavi, ignosce mihi. Pœnitet me totum, & multum valde. Redde tu mihi, quod tibi rectum videtur, & propitius esto. Juste me deseruisti: Juste me aduersario tradidisti.

Memento, quæso, figmenti tui, & repara quod cecidit, nam per se stare non potuit.

Attende gemitum meum & necessitatem meam. Labor meus & dolor cordis mei, non sint in oblivionem coram te. Captivitatem & incarcerationem meam, oppressionem & exactionem meam, respice misericors Pater, & erue vinctum de domo carceris ac miseræ servitutis.

Si vixerit homo multis annis, quid ex hoc emendabitur? Et quis novit, si melior an pejor fiet? Incertus est hominis progressus & exitus, & dubiosa perseverantia, propter varios casus malorum, & tentationum pericula.

Multi prima sunt conversione boni & humiles, postea perversi & rebelles. Prius timorati & devoti, compuncti & taciti: post verò liberi & dissoluti, lo-

qua-

Longior
vita raro
emenda-
tioni ser-
vit.

Homines
ad dete-
riora
proclā-
ves,

Plures
deficiunt
quàm
proficiunt.

quaces & incustoditi. Et qui prius
cogitationes restringebant, po-
stea de verbis & factis vix curam
gerunt: sicque paulatim vadit in
deterius omne malum, non præ-
cautum in principio.

Hinc cau-
sa timen-
di.

Quis ergo non debeat timere
& circumspectus esse, cum bonis
& modestis interdum soleant
multa infausta accidere? Quis
etiam scit, si electus fuerit, & o-
mnia sustinere possit?

3. Oportet, ut omnes proben-
tur, & quis certus est, quod non
comburatur, quoniam ignis ter-
tatio est?

Et inter
spem me-
tumque
caute
proce-
dendi.

Timendum ergo omnibus, &
æque de meliori sperandum, sed
non temere præsumendum, nec
sub vana spe torpendum.

Matab. 3

Aurum probatum salvabitur,
& stipula comburetur: tu autem
homo vide, cujus substantiæ sis.
Cœlestis conflator *conflabit*, &
emundabit filios Levi, omnes
videlicet servientes sibi.

Non semper aurum est, qui
hominibus fulget ut aurum: nec
semper stipula aut reprobum ar-
gentum, qui vim patitur & susti-
net flagella.

Quia

Quia Deus intentiones aspici-
cit & corda, operans etiam ibi
plerumque mirabilia, ubi à multis
putantur perdita.

Domine Deus, quid mihi gau-
dii esse potest in mundo, cum
pertractare cœpero incertitudi-
nem & infirmitatem omnis rei
sub celo?

De te tamen certus sum, quo-
niam bonus, quoniam in secula
misericordia tua, super omnes ti-
mentes.

Nam bonitas tua & pietas, in-
finito major est, quàm omnis ini-
quitas mea. Et hoc meum erit
solatium, quamdiu emendandi
concesseris spatium.

CAP. V. De breuitate & mise-
ria presentis vitæ.

PAucitatem dierum meorum
nuntia mihi.

Quamdiu in hoc mundo sum,
mundus non sum. Et quamdiu
hic maneo, pauper peregrinus
sum & hospes super terram. Ni-
hil intuli in hunc mundum, &
nihil inde auferre possum: quia
nudus

Vbi om-
nia tam
incerta.

Psal. 117.

Psal. 135.

ORATIO

Vita hu-
jus bre-
uitatem

& mise-
rias lu-
gentis,

Psal. 101.

1. Tim. 6.

Iob. 1.